

R.Mr.


71.


399.

P. C. D. A. III.  
S. C. R. M. O.  
26. S. C. 74.

R.M. Jr.  
II.399.

Kemény históriájából való versek  
valózik az idő minden is változás  
A kegyes napoknál valósten.






am 32 Kor -

Julianus 16/7 902

Scababa minus



# PROGNOSIS, CON- JECTURALIS ASTROLOGICA:

HOC EST

Expositio eorum, quæ ex cœli & astrorum constitutione cir-  
ca aëris, ac tempestatum mutationes, & ea quæ ex his dependent,  
naturali conjectura prædici  
possunt,

Ad annum à CHRISTO nato

## M, DC. LXXIV.



*Deducta ex Calculationibus Peritissimi & Celeberrimi  
Mathematici*

### ANDRÆ ARGOLI

Per quendam ASTROPHILLUM in Academia Tyrnaviensi in Ungaria, ad Elevationem  
poli 48. Grad. & Meridianum Tyrnaviensem, aliorumq; adjacentium locorum  
utriusq; Pannoniæ,



# PROGNOSIS, CON- JECTURALIS ASTROLOGICA

HOC EST

Expositio eorum, quæ ex cœli & astrorum constitutione cir-  
ca aëris, ac tempestatum mutationes, & ea quæ ex his dependent,  
naturali conjectura prædici

possunt,

Ad annum à CHRISTO nato

M, DC. LXXIV.



*Deducta ex Calculationibus Peritissimi & Celeberrimi  
Mathematici*

ANDRÆ ARGOLI,

Per quendam ASTROPHILLUM in Academia Tyrnaviensi in Ungaria, ad Elevationem  
poli 48. Grad. & Meridianum Tyrnaviensem, aliorumq; adjacentium locorum  
utriusq; Pannoniæ,

3. Si nubes rubescant ex oriente Sole signant vesperi pluviam. Si autem vesperi occidente sole rubescant, sequentis diei serenitatem indicant.
4. Nubes plumæ & similes ramis palmæ aquarum sunt nunciæ, sicut & montes pileati. Nubecula subito oriens Cælo undiq; sereno, mutationem aëris prænuñciat.

#### IV.

### PRÆSAGIA EX IRIDE ET TONITRU.

1. **I**rides matutinæ pluvias, vespertinæ serenitatem, meridianæ multos imbres, versus occasum, tonitrua, versus ortum, optimam tempestatem præsignant.
2. Tonitrua matutina ventos, meridiana pluvias notant.
3. A Falso S. Lucie usq; ad 10. Ianuarii, si tonet, indicare Ver ventis obnoxium, putant nonnulli.
4. Si æstate plus tonet, quam fulminet ac fulguret, venti item, si verò è contra, imbres notantur.
5. Cum sereno Cælo fulguaverit, tempestatum futuræ indicium est.

#### V.

### PRÆSAGIA EX VENTIS ET AERE.

1. **S**i incipiente hyeme flat Auster, & postea Boreas erit hyems glacialis, contra erit tepida: si cœperit Boreas, & consequatur Auster.
2. Liquidatio cœli nubili, in contrarium venti flantis, serenum pollicetur.
3. Pluvia sedat ventos, venti compefcunt pluviam.
4. Auster & Zepirus spirant ab ea parte, ubi maxima est vaporum copia.
5. Cum aër subito fit tepidior, in proximo humor est.
6. Post pruinas & nives diuturniores, Auster flat fortius, & aquarum eluviones facit.
7. Eurus spirans vere adulto, calamitas fructuum.
8. Ventus à Septentrione frigus adfert, estq; ob suam frigiditatem floribus perniciosus.
9. Ventus ab occidente æstate serenitatem parit. Hyeme & vere nives & pluvias.
10. Ventus à meridie calidus est, & humido æstuosus, simulq; noxius, generat hic varios morbos, & si serenitatem pariet, illa erit cum calore magno, & noxio.
11. Ventus ab oriente æquinoctiali est temperatè calidus & siccus, ac saluber. Hyeme frigidior producit gelu.

#### VI.

### PRÆSAGIA EX STELLIS:

1. **V**irgiliarum occasus matutinus, si nubilo cælo accidat, hyemem pluviam denunciat. Si sereno asperam.
2. Si Delphini occasu matutino, imbres fuerint, non erunt ex oriente Arcturo.
3. Arcturum non sine procellosa grandine oriri dixit Columella.

4. Eclipse

4. Eclipses Lunæ comitantur Venti. Solis verò, sereni ut plurimum dies.
5. In noviluniis cœlum æqualiter splendens serenitatem affert, æqualiter obscurum, imbres.
6. In exortu Plejadum & Hyadum pluvix sæpè multæ.
7. Vti se habet tempestatum Sole Arietem intrante, & pridie & postridie; ita se habebunt September, October, & November. Ita Soli intranti in Leonem, respondebunt tres menses hyemales. Similiter ex ingressu Solis in Libram, Verni; in Aquarium autem æstivi menses præcognoscuntur.

#### VII.

### PRÆSAGIA EX PLURIBUS REBUS ANIMATIS & INANIMATIS:

1. **I**mbres futuros omnia ferè animalia sentiunt. Pungunt muscæ, quæruntur ranæ, vermes è terra prodeunt, peccant se feles, latent formicæ, boves auram captant, arietes comibus pugnant, excutiunt aures asini, ululant Lupi, plumas discernunt aves, lacus & fluvios hirundines pennis libant, apes in alvearibus manent, Gallinæ volutantur in pulvere, galli cantandi horam præveniunt, pavones vociferantur, pulices acrius mordent, & anseres ac alia volatilia lavantes se circa aquas clamores magnos emittunt.
2. In hominibus ossa aliquando luxata, fracta, vellæsa: si solito acrius doleant, vel pruritus excitent, aëris mutationes & pluvias designant.
3. Ex inanimatis consurgunt etiam temporis mutationem præsigna. Moventur arborum folia, & circum volitant absq; ventorum afflatu; scaturit aqua ubi non solebat, vel uberius augentur fontes & flumina absq; pluvia. Enatant bullæ super fluvios. Fungi oriuntur in lucernis, Lampadibus & candelis, atq; apparent in istis irides; difficulter lucerna accenditur, concrefcit cinis in igne & Carbonibus; flamma obliquè volitat; radii lucernæ vibrantes reflectuntur, fumus in aère deprimitur, humectat sal, sudant lapides marmorei, & ædificiorum parietes ex coctis lapidibus extructi, & alia.

## CAPVT III.

### DE ECCLIPSIBVS.

**T**res hoc anno 1674. secundum Calculum Argoli (juxta aliorum verò astronomorum quinq;) celebrabunt Eclipses. Quarum duæ erunt Lunares, quæ apud nos spectari poterunt, nisi nubes crassiores obtiterint, & una Solaris nobis invisibilis. (tres secundum alios, omnes tamen invisibiles) Prima igitur Lunæ Eclipsis nobis spectabilis (in initio & medio, non item in fine) in nostro Horizonte continget 22 Januarii h. 6. m. 44. a. m. Lunare corpus incipiet obscurari h. 5. m. 4. Finis obscurationis erit h. 8. m. 24. durabit h. 3. m. 20. Ejus obscuritas erit 11. Digitorum Ecclipticorum & 20. minorum.

Secunda Eclipsis, erit Solaris quæ continget 4. Febr. h. 9. m. 26. p. m. quo tempore quia Sol erit infra nostrum Horizontem, à nobis non poterit conspici.

Tertia Eclipsis iterum Lunæ spectabitur 7. Julii h. 9. m. 56. p. m. totumq; Lunæ Corpus in tenebris immergetur. Nam obscuritas ejus erit 12. digitorum Ecclipticorum & 17. minorum. Durabit h. 3. m. 49. Incipiet obscurari Luna h. 8. m. 7. Finem obscurationis imponet hora 11. minutum quinquagesimum sextum.

E3

ET-

Et si autem plerique censeant frivolum esse timeri Lunæ ac Solis Eccliptes, cum ea ex naturalibus & raris naturæ causis obveniant: non tamen impunè eas fieri credidit Apex Astrologorum Ptolomæus qui universalium rerum quæ terris imminet præfagia, tam operose ex deliquis est aucupatus. Libro secundo de Judiciis Astorum Nam quis dubitat etiam iridem naturaliter fieri, & tamen huic serenitatis redituræ præfagia Deus annexit: Sic & Eccliptes haud dubio turbato ex defectu luminarium mundo, morbis, funeribus casibusq; sinisteris comitari solet, quod jam frequentibus etiam compertum est experimentis: Causæ (inquit) Ptolomæus affectionum sunt Eccliptes, & transitus Stellarum in angulis aut loco Eccliptis aspicientium Afficiunt provinciam quæ illis subest: Tot annis durant deliquii solaris effectus, quot horis sit: lunare per menses computatur. Eventus est pro natura signi & planetarum dominantium: citius operantur quæ in Horizonte Orientali fiunt, tardiùs quæ in occidentali: quæ in coeli apice medio agunt modo.

## CAPVT IV.


### DE ANNI HVJVS CONSTITVTIONE CIRCA HVMANAM CORPORIS VALETVDINEM, FERTILITATE ITEM & BELLIS.

**T**ria hæc coniungimus utpote quæ ex iisdem principiis, Eccliptibus scilicet & constellationibus, aspectibusq; cælestibus, deduci solent ab Astrologis. Et quidem constitutionem corporis humani, quoad valetudinem, fertilitatem item & sterilitatem terræ magna ex parte dependere à constitutione Constellationum in hæc inferiora influentium, nemo prudenter potest dubitare. Vnde quantum ex quatuor anni partium qualitate, constitutioneq; cœli coniecturare licet de morbis; Hyems minatur Apoplexias, capitis dolores, catharos, calculi cruciatu, tusses, & teneræ ætati frequentes variolas. Æstas autem calidas & pestiferas febres, Ver & Autumnus meliora pollicentur. Eadem astra promittunt sat uberem Fertilitatem in segetibus & vino, non tamen in fructibus magnam copiam. Nihilominus valde suspecta est aliquibus Saturni cum Sole conjunctio, quæ septima Aprilis contingit ne causatum ex illa frigus, arborum floribus, segetibus, & vineis aliquid incommodi adferat.

At verò Bella astris adscribere cum ea à voluntate libera, bella moventium dependant: astra autem directe in voluntatem nihil operentur nimis frivolum esse videtur. Melius sentiunt illi, qui bellorum & Rebellionum ac tumultuum, in Christianitate, potissimam causam adscribunt, discordiis & dissensionibus in negotio religionis.

Verissimum si quidem est, illud Christi pronuntiatum Luc. 11. Omne regnum inter se divisum, desolabitur. At quæ major divisio regni unius erit, quàm si in religione dissentiat? pars una veram religionem & fidem, altera falsam & hæresim profiteatur & exerceat? Est enim duplex pax Rei publicæ: de Christiana loquimur? Vna Ecclesiastica, quæ consistit in unitate fidei & sacramentorum: Altera politica, quæ in externa iustitia & tranquillitate. Vtramq; turbat falsa Religio sive Hæresis: Nemo enim potest duobus Dominis servire, contraria (inter prete D. Euthymio) sudentibus & iubentibus, neq; est ulla parricidatio iustitiæ cum iniquitate, aut conversio Christi ad Belial, aut pars fideli cum infideli, vel deniq; consensus Templo Dei cum Idolis 2 Cor. 6. Certè hæcenus nulla communitas tam concors fuit, quàm discordans Religio non turbavit, aut pessundedit. Non ignorabat id impius ille Hieroboam 3 Regum. 12. ideo volens à familia David separare decem tribus Israël, metuentisq; ne si in una eademq; Religione persistenter, concordem remanerent, ideo novum cultum introduxit. Dixit enim Hieroboam (scripturâ este) si ascenderit Populus iste ut faciat sacrificia, in domo Domini in Hierusalem, convertetur cor populû hujus ad Dominum suum Roboam Regem Iudæ, interficiensq; me & revertentur ad eum; Et excogitato consilio

consilio fecit duos vitulos aureos & dixit eis: Nolite ultra ascendere in Hierusalem, ecce dii tui Israël: qui te eduxerunt de terra Ægypti, posuitq; unum in Bethel, & alterum in Dan. Hinc pulchrè D. Cyprianus: Nulla societas fidei & perfidie potest esse. Qui cū Christo non est, adversarius Christi est; qui unitati & paci ejus inimicus est, nobiscum non potest coherere. Atque idem alibi inter cætera, hoc adnotatu dignum addit: Ad pacis præmium venire non possunt, qui pacem Domini dissidii furore ruperunt. Et sanè si revolvamus tam priorum, quàm nostrorum temporum hystorias tot seditionum in legitimis Reges, conjurationum, rapinarum, Urbium devastationum provinciarum desolationum & Rebellionum, præcipuam causam & fere unicam invenimus esse dissidium in negotio Religionis, verbo Hæreses, & Libertatem sentiendi de Fide, quod unicuiq; placet. Nulli enim ignotum esse potest, quas Turbas toti Orienti excitarunt Ariani, quas in Græcia Macedoniani, quas in Africa Donaristæ ac Circumcelliones. Quas item in Imperio Romano Iconomachi & Albigenes, Hussitæ in Bohemia, Puritani in Angliâ, Hugonotæ in Gallia, Anabaptistæ in Vestphalia, Lutherani & Calvinistæ in Belgio, Polonia, Germania, Vngaria & Transylvania. Quod nos quidem per annos singulos deducere statueramus, sed obcertas causas, id in aliud certum sit Libertatem Religionis seu fidei, non tantum planè illicitam esse, ex quo Christus Vnam Ecclesiam, unum ovile, unum Pastorem, unum Baptismum esse præcepit, quæ omnia sine fidei unitate consistere nequeunt, verum & dissimulationem illius adeò esse perniciosam, ut à nulla re majus exitium scepseris, Imperijs & Regnis quàm ab illa imminere possit, id quod præclare ostenderunt, specialiter de hoc argumento scriptis sibris, Viri celebres, & politicorum rerum valde periti: Iacobus Pamphilius & primipilus Christianè politicorum Iustus Lipsius. Finem imponat huic capiti Livianum illud dictum: *Nihil in speciem fallacius, quàm præva Religio ubi Deorum Numen præsentitur sceleribus.*




# INDEX PHLEBOTOMIÆ.

NB. denotant

Lit. BO.

MA:

ME:



Bonnm.

Malum:

Mediocre.

**C**orporis humani membrum cave tangere ferro,  
Dum Luna in signo, quod membro presidet haret,  
Sic Aries capiti, Taurus collo imperat: ipsis  
Ast humeris Gemini; dominatur pectore Cancer;  
Cor Leo magnanimus, petit ilia Virginis astrum;  
Libra tenet renes; sibi Scorpius inguina poscit:  
Arcitenensque femur; genibus Capricornus inhaeret;  
Hydrophorus sibi crura: pedes vult Piscis uterq;  
Vicinas cuius & membro intellige partes,



# EPITOME CHRONOLOGICA,

CONTINENS  
RES MEMORABILES, QUÆ TVM TOTO  
Orbe terrarum, tum imprimis in utraq; Pannonia evenerunt, ab  
Orbe condito usque ad annum CHRISTI  
M.DC.LXXIV

Ex Auctoribus probatoribus Jac. Saliano, Augustino Tornielo, Card. Baronio,  
Bonfinio, aliisque recentioribus fide dignis contracta.

**A**nno primo Creati Mundi, die 13. regnavit Saturnus Rex, cujus filii fuerunt. Jupiter, Neptunus, Pluto: qui deinde pro summis Diis, apud gentiles habiti: nempe quos Deos jam innumeri homines antecesserunt.

130. Primum commissum est homicidium dum Abel à Caino fratre trucidatus fuit; quo anno uterq; erat 129. annorum.

1657. Universa terræ diluvium: post quod cœperunt homines vesci carnibus, & bibere vinum: cum antea frugibus & aqua contenti fuissent.

1909. Cœpit ædificari turris Babel: ubi exorta lingvarum diversitas.

1932. Prima Mundi Monarchia initium ducit apud Assyrios, sub Belo, vel Nemrod Rege: cujus Beli simulacrum Ninus filius & hæres pro DEO iussit coli: unde idololorum cultus cœpit.

1933. Bannon Noemi pronepos I. in Pannonia imperat. & Provinciæ nomen ex eo imponit.

2039. Abraham Pater multarum gentium nascitur. Circa eadem temporam Creta Insula, quæ nunc Candia dicitur;

2139. Natus est Isaacus filius Abraham.

2199. Nascitur Jacob Patriarcha.

2306. Joseph venditur in Ægyptum.

2329. Jacob cum omni familia descendit in Ægyptum ad filium Joseph.

2544. Moyses educit ex Ægypto populum Israël: & eodem anno dantur eidem Moysi à DEO præcepta Decalogi.

2684. Filii Israël Duce Josue transeunt Jordanem in terram Promissionis.

2601. Othoniel primus titulo Judicis populo Israëlítico præest.

2611. Troja a Græcis evertitur, ob Helenam raptam.

2562. Saul Primus Rex Israël cœpit regnare.

EPI-

A

2991.

2919. David rex regnat post Saulem.  
3000. Salomon sapientissimus Rex  
Israël incipit primum vero DEO Tem-  
plum ædificare: cui perficiendo septem an-  
ni infumpti sunt.  
3235. Cœpit Secunda Monarchia apud  
Medos, cujus primus Rex Arbaces fuit.  
3302. Vrbs Roma à Romulo & Remo  
Fratribus condita fuit.  
3494. Cæpit Tertia Monarchia apud  
Persas, cujus primus Rex fuit Cyrus.  
3718. Regnare incipit Alexander Mag-  
nus Macedo: moritur 3730. ætatis 933 an-  
norum.  
4008. Cæsar Julius Cæsar anni periodum  
interruptam, ad cursum Solis exactius  
instaurat: unde annus Julianus appellatus.  
4021. Cæsar Octavianus Augustus Pri-  
mus Romanorum Imperator inchoat quar-  
tam Monarchiam.  
4037. Nascitur Beatissima Virgo MARIA  
DEI MATER.  
4052. JESUS CHRISTVS æternus veri  
DEI Filius ex MARIA Virgine nascitur,  
& post 33. annos à Judæis Crucifigitur, ut  
profusione sanguinis sui peccata hominum  
deleret.  
Anno post natum Christum 45. Sanctus  
Petrus Princeps Apostolorum, Christi in  
terris Vicarius Romæ semper duraturam  
sedem figit.  
Anno 9. post Christum natum Pannonia  
Romano Imperio adiecta fuit.  
57. MARIA semper Virgo, Mater DEI in  
cælum assumitur.  
69. S. Petrus & Paulus Apostoli Roma  
Martyrii palma triumphant.  
72. Vrbs Hierosolymitana à Tito Ves-  
pasiæ Imp. Rom. filio expugnata est die 8  
Septem. Judæorum quæ fame quæ ferro,  
quæ peste occubuerunt ad undecies centena

millia: capta ad nonaginta septem millia:  
contigerunt hæc conditæ ejus Urbis anno  
2177.  
130. Hierosolyma ab Hadriano Roma-  
norum Imp. instauratur, & nomen *Æliæ*  
ei imponitur.  
324. Constantinus Magnus Imperator  
Romæ à S. Sylvestro Papa baptizatur.  
Item in Thracia ab eodem Constantino  
Magno, Imperatore Constantinopolis ædi-  
ficari cæpta: quæ deinde anno 330.  
perfecta: ac deinceps Sedes Imperatorum  
destinata fuit: ut Roma Pontifici, Catholi-  
cæ Ecclesiæ Capiti, inhabitanda cederet:  
atq; exinde Imperatorum Orientalium Im-  
perium cœpit.  
325. Nicenum Concilium Oecumeni-  
cum celebratur: cui plures quam 300. Ep-  
iscopi interfuere.  
326. Constantinus Magnus Rom. Imp.  
novam ædificat Hierosolymam ad sepul-  
chrum Christi Servatoris.  
336. Pannoniam Vandali, à Gothis pro-  
priis sedibus pulsæ, occupant. Constantini  
Cæsaris permissu.  
376. Hunni ex Scythia erumpunt; flu-  
vium Tanaim traiciunt decies centena, &  
octoginta millia Hunnorum, & in Europam  
irrupunt.  
382. Gothi, pulsæ Vandalis, Pannoniam  
obtinent. Theodosio Imperatore Orienta-  
li ægrotante.  
401. Hunni keva Duce, multo sanguine  
partas, tranquillas in Pannonia sedes obti-  
nerunt: Cæsis Macrino Illyrici, & Thetrico  
Germaniæ Præfectis, ac pulsæ Gothis.  
451. Attila Hunnorum Dux, flagellum  
DEI dictus Germaniam & alias Provincias  
flammâ & ferro depopulatur.  
454. Attila Budæ sanguine in fauces er-  
rumpente, suffocatur vixit: 124. annos.

458. Ostro Gothi Valamire Rege, Pan-  
noniam sui juris faciunt, Ernaco Hunno-  
rum Rege Attilæ filio, aliisque Hunnis à  
Pannonia in Scythiam pulsæ.  
461. Chaba unus filiorum Attilæ, cum  
60. fratribus natu minoribus, & Hunno-  
rum 15000. redit in Scythiam: reliqui  
Hunni, sive Vngari, in Sicula Transylva-  
niæ parte resederunt.  
494. S. benedictus sacrum ordinem  
Benedictinorum instituit, ut multis Hære-  
sibus occurreret, quæ eo tempore Eccle-  
siam infestabant.  
526. Longobardi Andvino Rege, Pannoniam  
occupant Ostro-Gothis inde profligatis.  
548. Sclavi turmatim Danubium  
traiciunt, & Illyrium occupant, unde ea  
regio Sclavonia nuncupata.  
550. Ex eadem gente Sclavonica  
alter exercitus traicit Danubium, & Illy-  
rium Thraciamq; devastat.  
551. Sclavi ad Hadrianopolim exercitum  
romanum profligant, & usque Constantino-  
polim irrumpunt, ægreq; inde repelluntur.  
567. Hunni Pannoniam recuperant, Di-  
ce Avario.  
604. Mauritius, Rom. Imp. Pannoniam  
iterum subijcit Imperio Romano.  
514 Cosrhoes 2. Persarum rex, Cosrhois  
2. regis Persarum nepos, Hierosolymam  
capit, diripit, exurit: Judæis necandos  
Christianos dividit: dicunturquæ trucidata  
à Judæis ad 90000. Christianorum.  
630. Mahometes gente Arabs, Sara-  
cenorum Dux, & Sectæ Mahometicæ au-  
chor moritur.  
636. Hierosolyma deditione capitur ab  
Haumar Saracenorum Principe: ac deinceps  
per annos 463 à Saracenis possidetur.  
74. Hungari tertio irrumpunt in Pan-  
noniam sub septem Ducibus, quorum no-  
mina 1. Arpad, 2. Zabolcz, 3. Gyula, 4.

5. Lehel, 6. Berbulcho, 7. Wrs:  
qui in Transylvania positæ septem castris  
Provinciæ nomen dedere: unde & hodie à  
Germanis Sibenburg, appellatur.  
800. In Die Nativitatis Christi Domini,  
Carolus Magnus à Leone 111 pontifice  
Imperator coronatur: inde Occidentis  
instauratum Imperium.  
805. Carolus Magnus Rom. Imper. Hun-  
nos sermè ad internecionem delevit: sed  
haud multos post annos iterum Hunni sibi  
restituti, Pannoniæ imperant, Duce Toxe,  
qui pronepos fuit Attilæ, & pater Gezyæ  
primi deinde inter Vngaros Ducis Christi-  
ani & avus S. Stephani primi Regis Vngariæ:  
969. S. Stephanus primus Rex Vngariæ  
nascitur Strigonij.  
983. Item primus Rex Vngariæ corona-  
tur Coronâ quam Angelico monitu ei Pon-  
tifex Rom. per suum Legatum iri sit.  
996. Gregorio 5. Romano Pontifice,  
annuente Othone 2. Imperatore. 7. Electo-  
res Imperii constituuntur.  
1001. S. Stephanus, 1. Rex Vng. Eccle-  
sias Strigoniensem & Colocensem fundat.  
1038. Idem diem extremum sanctè obit,  
ac DEO & Beatiss. Virg. Regnum commen-  
dat, anno regni sui 37.  
Anno eodem S. Regi Stephano in Regno  
Vngariæ succedit Petrus S. Regis Stephani  
ex sorore Gisla, & S. Sigismundi Burgun-  
dionum Regis ex Guilielmo fratre nepos:  
sed Regno deinde pulsus, & occisus fuit, &  
Quinque Ecclesiis sepultus 1041.  
1040. Aba rex Vngariæ 3. Natione Vn-  
garus, S. Stephani regis Sororius, in reg-  
num assumitur; sed & hic ob severiores mo-  
res regno à suis pulsus, & trucidatus anno  
1044. regni tertio anno,  
1050. Turcæ ex Scythia ortundi, deficientes  
à Mahomete Perfidis & Mediæ regē,

sub quo meruerant. Seduci Sultani ductu, debellatis Saracenis, eorum sectam Mahometicam una cum regno suscipiunt.

1047. Andreas I. Rex Vng. IV. eligitur: ne hic diu regnavit: siquidem in bello à militibus Belæ interfectus est año 1059 regni 15. fuit filius Ladislai Calvi, ex Michaële fratre Geyzæ, patre S. Steph.

1062. Bela I. Rex Vngariæ V. Andrea prædicti frater. succedit in regno Vngariæ: hic in omnes ex subditis, qui ad idolorum cultum regressi fuerant, capitis pœnâ animadvertit; curavit cudi argenteam monetam, & mensuras ponderaq; constituit. mortuus anno 1065. ruinâ conclavis, dum causis audiendis vacat in Demes.

1065. Salomon Rex Vngariæ VI. Andrea supra memorati filius, post undecim annos regno privatus in solitudinem se recepit. & asperam egit pœnitentiam, in habitu religioso mortuus & Polæ in Istria sepultus. tandem in Sancto rû numerû relatus. Eius reliquiæ 1487. à loci Episcopo in altari ab eo consecrato sunt repositæ & anno 1657 ibidem inventæ, cum inscriptione: *Corpus S. Salomonis Regis Confessoris.*

1077. Geyza I. Regis Belæ I. filius fit Rex Vngariæ VII. moritur anno 1080. regni 3. sepultus Vaciz.

1080. S. Ladislaus I. Belæ I. filius, Rex VIII. Vngariæ coronatur: multos barbaros hostes debellavit. Dalmatiam, & Croatiam Regno Vngariæ adjecit: obiit sanctè anno 1095. regni 15. ob vitæ Sanctimoniam Divorum Catalogo adscriptus.

1095. Colomannus filius Geyzæ I. Regis Regni Vngariæ Diadema accepit Rex IX. mortuus anno 1114. regni 19.

1099. Hierosolyma recipitur à Christianis Duce Godefrido Bullionio.

1106. Stephanus II. Rex Vngariæ X. Colo-

mani Regis filius, in regem adhuc adolescentulus assumitur: dictus à suis fulmen: Regia dignitate ultro deinde cessit, & Monachum induit; decessit è vita anno, 1131. Regni 18.

1131. Belæ II. Rex XI. Almi Ducis filius, & Geyzæ I. Regis nepos. Regnum Vngariæ adipiscitur: & cœcus licet esset, perspicaci tamen cum prudentia regnavit; mortuus anno 1146. regni 10.

1141. Geyza 2. Rex XIII. Regis Belæ 2. filius, in juventutis flore ad regni Vngariæ gubernacula assumptus fuit: Saxones Transylvanos magnis, privilegiis locupletavit: Nitriensem Ecclesiam dotavit, & in Cathedrali convertit. delecto primo Episcopo Edvardo, moritur 1161.

1161. Stephan. III. Rex XIII. filius prædicti Regis Geyzæ 2. Rex Vngariæ coronatur. Obiit anno 1472. regni 12.

1172. Ladislaus 2. Rex XIV. Belæ 2. Regis filius, vivente adhuc Stephano III. Rege, violenter regiam dignitatem sibi usurpavit: sed intra sex menses regnum ejus cum vita expiravit.

1173. Stephanus 4. Rex XV. Ladislai 2. frater, vi regnum Vngariæ sibi vendicatum vivente etiamnum rege Stephano III. haud ultra quinque menses tenuit, eodem anno, nempe 1173. mortuus uti & Rex Stephanus 3.

1174. Bela III. Geyzæ 2. filius, & Stephani frater, Rex XVI. Vngariæ coronatur; obiit anno 1196. regni 23.

1187. Hierosolyma occupatur à Saladino Babylonis Rege: atque illo ipso die quæ captâ fuit sancta Civitas cum Sepulchro, & sancta Cruce. Servatoris nostri, id eodem tempore divinitus revelatum fuit S. Christianæ Virgini fama Sanctitatis in clytæ in Germania, quæ ob id vehementer exultans, ad-

Rat.

stantibus significavit, magnam in cœlo factam esse læticiam, quod ea clade multa salutis oblata esset mortalibus occasio, dum terræ sanctæ recuperandæ causa, à peccatis suis converterentur: & in ejusmodi expeditionibus fundentes sanguinem suum, quædam mortis Servatoris vicem cum multa devotione rependerent. *Thom. Cantipr. in Vita S. Christin. Sur ibid.*

1197. Emericus Rex XVII. filius Belæ 3. succedit in regno parenti: moritur anno 1200. regni 9.

1201. Ladislaus 3. Emerici Regis filius, successor in Regno Vngariæ parentis Rex XVII. non nisi sex mensibus regnat.

1201. Andreas 2. Belæ 3. Regis filius, Rex, XIX. Vng. ab omnibus salutatur, dictus fuit Hierosolymitanus, quia pro terra sancta gloriosè pugnavit; obiit anno 1235. regni 34. Fuit is S. Elisabethæ Ducissæ Thuringiæ parens.

1208. Franciscus Seraph. fundat Ordinem Franciscanorum.

1215. S. Dominicus inchoat Ordinem Prædicatorum; hi duo Ordines divinitus fuerunt destinati, contra Valdensem & Albigensem hæreticorum machinationes; qui id temporis Ecclesiam DEI infestabant. Eodem anno cœpit in Vngaria Ordo religiosorum S. Pauli primi Eremitæ, sub B. Eusebio Strigonienfi,

1236. Bela 4. Andrea 2. filius, fit Rex XX. Vngariæ, qui deinde à Tartaris Vngariam per triennium flamma & ferro devastantibus exactus fuit; regno deinde restitutus, moritur anno 1275. regni 39.

1237. Fundata est Vniversitas Vniensis in Austria à Friderico II. Rom. Imperat.

1244. Hierosolyma iterum expugnatur à Chorasminis barbaris, immensi strage Christianorum,

1245. Austria Archiducatus titulo & dignitate decoratur à Friderico 2. Rom. Imp. concessio Friderico I. Archiduci, & ejus Successoribus, ut Crucem auream, qualem Imperatores in suis coronis gestant, in suis insignibus gererent; & inter cæteros Imperii Duces pares Regiæ dignitati effecti, tanquàm Archiduces splenderent.

1273. Rudolphus I. Habsburgensis electus, & coronatus est in Imperatorem Romanorum; dictus magnus; imperavit annis 17. mensibus 9.

1276. Stephanus 5. Belæ 4. Regis filius Rex XXI. Vngariæ coronatur, felicitate parentem longe superavit; Bohemiam domuit, & Mysiam sibi stipendiariam fecit; obiit anno 1278. regni 3.

1277. Ladislaus 4. Stephani 5. Regis filius, coronam Vngaricam adipiscitur; quo regnante Tartari iterum Vngariam sædè depopulati sunt anno 1285. occisus est à Cumanis anno 1290. regni 13.

1291. Sacra Domus, in qua Beatissima Virgo *MARIA*, ab Archangelo Gabriele salutata fuit, & *Verbum caro factum est*, translata fuit è Galilæa in Dalmatiam 9. Maii, & inde post triennium, & menses septem migravit in Italiam, antehac in audito miraculo: ibidemq; jam residet. Lauretana Domus appellata.

1290. Andreas 3. Andrea 2. Regis ex filio Stephano nepos, Rex Vngariæ 23. coronatur, obiit anno 1301. regni 11.

1300. Cœpit Imperium Turcicum sub Othomanno I.

1301. Venceslaus (Vngaris Ladislaus dictus) Othocari Bohemiæ regis ex Venceslao filio nepos, a parte plurimorum Vngarorum eligitur in Regem Vngarorum

24. sed regno Vngariæ propter dissensiones relicto, ultro rediit in Bohemiam, deinde

ſente Turcarum Imperatore Amurate, in campo Merula dicto, in Raſcia & Bulgaria ſinibus: quamvis ſteterit à Turcis victoria, tamen ex iis ad triginta octo millia occubuerunt; cum ex Chriſtianiſ vix octo millia fuerint deſiderata. Cladiſ huius cauſa extitit Deſpotiſ Raſciaſ prodition.

1452. Ladislaus 5. Rex Vngar. annuſ ætatiſ agens 12. Viennâ in Vngariam venit & Joannes Hunyades officio Gubernatoriſ cedit.

1453. Mahumetes 2. Turcarum Imper. Amuratiſ 2. Filiuſ. Conſtantinopolim expugnat 29. Maij, deſiſtq; ibi Græcorum Imperatorum, Imp. in Conſtantino Palæologo, in ipſo excidio Urbis trucidato, quod initium ceperat à Conſtantino Magno.

Eodem anno Ladislaus V. Vngariæ Rex coronatur in Regem Bohemiæ.

1454. Servia ſive Raſcia à Mahomete 2. Imperat. Turcarum deſtatur.

1456. Ioannes Hunyades unacumſ oan ne Capiftrano Ord. S. Franciſci, Albam Græcam ſive Belgradum contra Mahometiſ 2. Imp. Turcarum inſultuſ defendit & ſervat; ubi occubiſſe dicuntur quadraginta millia Turcarum læſo ipſo Mahomete in peſtore: perditis omnibuſ impedimentis, una cum 200 magnis tormentis æneis: quæ omnia in manuſ Chriſtianiſ devenere.

Anno eodem, Joannes Hunyades fortiſſimuſ Vngariæ & Chriſtianiæ religioniſ propugnator, omnibuſ Catholico ritu Eccleſiæ Sacramentiſ munituſ piè deceſſit è vita: relictis duobuſ filiis, Ladislao & Matthia: qui deinde Rex Vngar. factuſ.

1457. Ladislaus & Matthias, Joanniſ Hunyadiſ filii, carceri mancipantur. ob trucidatum Vtricum Ciliæ Comitem avunculum Ladislai Regiſ: & poſt triduum Ladislaus Hunyades Budæ capite plectitur; Mat-

thiaſ Viennam captivuſ abducitur. Anno eodem Ladislaus V. Vngariæ & Bohemiæ Rex Pragæ, non ſine veneni ſuſpitione diem obit: ætatiſ & coronationiſ anno 18.

1458. Matthias, Corvinuſ dictuſ, Joanniſ Hunyadiſ filiuſ, in Bohemia in carcere & poteſtate Georgii Podiebrachiſ exiſtens, ab Ungariſ Proceribuſ in Regem Vngariæ anno 17. ætatiſ ſuæ eligitur, paulo poſt in Regnum inducitur.

1460. Fr. Gabriel Ord. S. Franciſci Epif. Agrieniſ ſit S. R. E. Cardinaliſ.

Item, Petruſ Epifcopuſ Veſprimenſiſ creatur S. R. E. Cardinaliſ.

1463. Boſniæ regnum à Turciſ occupatur, ejuſq; ultimiſ Rex Stephanuſ vivuſ exoriatur.

1464. Matthias Corvinuſ Hunyades in Regem Vngariæ. xxxiv. inauguratur ſacrâ regni Vngariæ coronâ, poſteaquam ea in manuſ Friderici Imp. Rom. per 24 annuſ fuiſſet.

1479. Stephanuſ Bathoriuſ Tranſylvaniæ Vajvoda, cum Paulo Kiniſto fortiſſimo Duce in Tranſylvaniæ campo Kenyer dicto centum millium exercituſ Turcarum fundit; cœſa Turcarum 30000. ex Vngariſ 8000. deſideratiſ.

1480. Joanneſ Sixtuſ Archiep. Strigon. ſit S. R. E. Cardinaliſ.

1481. Inter Fridericuſ Rom. Imp. & Matthiam Regem Vng. belluſ exarſit.

1485. Matthias rex Ung. Viennam Auſtriæ capit.

1486. Maximilianuſ 1. Archidux Auſtriæ, Friderici 4. Cæſariſ filiuſ, Imp. Rom. coronatuſ eſt: imperavit annis 25, menſibuſ 5.

1489. Thomuſ Bakoch Erdôdi Archiep. Strigon. ſit S. R. E. Cardinaliſ: fuit idem Patriarcha Conſtanopolitanuſ.

tus,

1490. Matthias Rex Vng. Viennæ Auſtriæ apoplexiâ tactuſ diem obit 6. Aprilis ætatiſ 47. regni 21.

Anno eodem Vladilaſ Rex Bohemiæ in Regem Vng. xxxv. inauguratur. Fuit filiuſ Caſimiri Poloniæ Regiſ, ex Eliſabetha Albertiſ filia:

1492. Chriſtophoruſ Columbuſ Italiſ, Genuenſiſ, Indiaſ occidentaleſ quaſ novuſ orbem dicunt, detexit.

1508. Ludovicuſ 2. wladislai Vng. & Bohem. Regiſ filiuſ, bienniſ, Rex Vng. & ſequenti anno Bohemiæ Rex coronatur.

1514. Valachiæ & Moldaviæ Provinciaſ Selimuſ Turcarum Imperat. ſibi tributariaſ reddit.

1515. Wladilaſ Vng. & Bohem. Rex moritur Budæ, cui in utroque regno ſucceſſit filiuſ Ludovicuſ jam ante utriuſq; regni Rex coronatuſ xxxvi.

1517. Martinuſ Lutheruſ cœpit ſuam antiquiſ jam olim ſæpiuſ ab Eccleſia damnatiſ hæreſibuſ conſtatam doctrinam propalare: unde innumera deinde exorta in univerſo mundo bella, & immenſa humani ſanguiniſ profuſio.

1519. Caroluſ 5. Maximilianuſ 1. Cæſariſ nepoſ. Philippi 1. Regiſ Hiſpan. filiuſ, in Imperat. Rom. electuſ eſt. & ſequenti anno 1520. coronatuſ: poſt 38. Imperii añuſ, ultro ceſſit Imperio, & animæ ſaluti intentuſ, reliquuſ vitæ in Cœnobio S. Juſti in Hiſpania tranſegit, ſupervixitq; anniſ duobuſ.

1521. Belgradum ſive Alba Græca, munitiſſimuſ non ſolum Vngariæ, ſed & totiuſ Chriſtianiſ Orbis propugnaculuſ à Solimano Turcarum Imp. occupatur: unde iſ ſeſe deinde in Vngariæ, Croatia & Dalmatiæ regna, longè lateq; effudit. Flammâ & ferro ea depopulatuſ, magnaſq; eorum par-

tem ſui juris fecit: ac tandem etiam Tranſylvaniã & Tranſalpinã Valachiam ſibi veſtigialeſ reddidit.

1525. Ludovicuſ 36. Vng. & Bohem. Rex, poſt acerrimuſ commiſſuſ cum Solimano Turcarum Imp: præliuſ, in campo Mohach, fugiẽſ in paludiſ gurgite periit. Numerabantur in hac pugna turcici exercituſ trecenta millia, (Annales turcici non niſi 50000. vel 60000. numerant) Chriſtianiſ 25000. periit Rex Ludovicuſ ætatiſ añuſ 20. regni poſt obituſ patriſ decimo. In hoc prælio occubiſerunt duo Archiepiſcopi Ungariæ, Srigoniſiſ, & Coloceniſiſ. 5. Epifcopi plurimi Baroneſ ſive Magnifici, & ingenuſ alioruſ nobiliuſ numeruſ.

1527. Ferdinanduſ Archidux Auſtriæ, Philippi 1. Regiſ Hiſpan. & Archiduciſ filiuſ, Caroli V. Rom. Imp. Germanuſ, primo Rex Bohemiæ, ac deinde Vng. coronatur: quantumvis quorundam diſcordiſ Joanneſ Zapolienſiſ, Vajvoda Tranſylvaniæ, & Comes Scepuſiſiſ, Rex Vngariæ deſtinatuſ, fuiſſet.

1529. Solimanuſ Turcarum Imper. auſpiciſ Joanniſ Zapolienſiſ, Vajvodæ Tranſylvaniæ, Civitateſ Quinque eccleſieſem, Abam Regaleſ, Peſtenſem, Budam, Strigoniuſ, Altenburgum, aliaſq; multas Civitateſ, oppida & munitiſſima Caſtella occupat: ac ipſam etiam Viennam Auſtriæ obſidet exercituſ ducentorum, velut alij ſcribunt, trecentorum millium: ſed fortiſſimè depugnantibuſ Philippo Palatino Rheni, Nicolao comite Salmenſi, Guilielmo Rogendorffio, aliſq; re inſecta cedere coactuſ eſt: deſideratiſ ſuorum ſexaginta millibuſ.

1530. Ferdinanduſ Rex Vng: Archidux Auſtriæ, Budam recipit.

1543. Joanneſ Calvinuſ gente Galluſ, here-

B

here-

hæreses suas feminare cœpit.

Anno 1534. S. Ignatius de Lojola nobilis Hispanus, Capitaneus à Deo ad sanctiorem militiam vocatus, institutum Societatis Jesu fundavit: ut novus esset in Ecclesia Dei exercitus, qui contra recens exortas hæreses depugnaret.

1540. Solimanus Turc. Imp. Budam pro parte Joannis Zapoliensis occupat; quâ tamen ille sui juris facit.

1543. Idem Solimanus Strigonium, albam Regalem, Valpoviam, aliaq; non pauca Vngariæ oppida capit.

1545. 13. Decemb. Inicium habuit Oecumenicum Concilium Tridentinum, sub Paulo 3. Rom. Pontifice: finitumq; fuit anno 1563. sub Paulo 4. Pontifice.

1550. Fr. Georgius Martinus Dalmata, Ord. S. Pauli primi Eremitæ fit S. R. E. Cardinalis.

1552. Tömösvarinum à Turcis occupatur: & ab iisdem Agria obsidetur. sed irrito conatu.

1558. Post secessum, & ultroneam resignationem Imperii Caroli 5. Cæsaris, Ferdinandus 1. ejusdem Caroli 5. Germanus, summâ cum potestate Romano Imperio præesse cœpit: cum jam ante, anno 1531. in Regem Rom. electus fuisset; præfuit Imperio Imperator annis 7.

1559. Patres Societatis Jesu regnum Vngariæ ingressi, sub Nicolao Olaho Archiep. Strigon. Tyrnaviæ sedem figunt.

1562. Maximilianus Archidux Austriae, Ferdinandi 1. Cæsaris filius, in Regem Romanorum eligitur.

1563. Item Maximilianus Rex Vngariæ xxxix. coronatur.

1564. Moritur Ferdinandus 1. Imp. eique tam in Imperio, quam in Regnis Vngariæ, & Bohemiæ succedit Maximilianus

filius, ejus nominis 2. Imperator, cum duobus annis ante in Regem Rom. electus fuisset, imperavit annis 12.

1565. Palota, Vngariæ munitio, obsidetur frustra à Turcis, strenuè eam defendente Georgio Turrio.

Eodem anno Tata, & Vesprimium recuperantur per Christianos in Vngaria.

Eodem anno exortum bellum inter Philippum 2. Regem Hispaniarum, & Status unitarum Provinciarum Belgii: quod deinde annos 85. duravit.

1566. Zigetum in Vngaria à Solimano Turc. Imp. exercitu 200000. expugnatur; cujus excidio sanguine & vitâ suâ litavit fortissimus ejusdem propugnator Comes Nicolaus Zrinus: occubere & hic ad 30000. Turcarum: ipseq; Solimanus paulo antè occupationem loci in castris è vita decessit.

1570. Vngaria biennali fame affligitur.

1571. Stephanus Bathorius eligitur in Principem transylvaniæ, in locum Joannis Sigismundi Principis defuncti.

1572. Rudolphus 2. Archidux Austriae Maximiliani 2. filius Rex Vngariæ XL. coronatur.

1575. Rudolphus 2. Archidux Austriae, Rex Vng. in Regem Rom. eligitur.

1576. Stephanus Bathorius Transylvaniæ Princeps eligitur & coronatur in Regem Poloniæ: & fratri Christophoro Bathorio Transylvaniam resignat.

1577. Mortuus est Maximilianus 2. Rom. Imp. Rex Vngariæ & Bohemiæ: ac Imperium moderari incipit Rudolphus 2. prioris anno in Regem Rom. electus.

1581. Christophorus Bathorius Transylvaniæ Princeps moritur: eique filius Sigismundus in eo Principatu succedit.

1582. Auspiciis Gregorii xiiii. Summi ponti-

Pontificis Calendarium instauratum ac emendatum fuit.

1585. Dira pestis cum fame per Vngariam & Transylvaniam grassatur.

Eodem anno Georgius Draskovich. Ep. Jauriensis fit S. R. E. Cardinalis.

1590. Magni terræ motus circa Vngariam, Polonium, & in Transylvania: uti & circa Brassoviam sive Coronam Transylvaniæ Civitatem exorti.

1591. Bassa Turcicus Bosnensis Croatiâ depopulatur.

1593. Sigismundus Bathorius Transylvaniæ Princeps à turca secessionem facit.

Item Turcæ ad fluvium Kupam in Croatia gravi clade afficiuntur, Nicolaus Palfi ad Albam Regalem cum Turcis feliciter configit, in qua pugna viginti millia Turcarum occubuerunt.

1594. Tartari devastant Vngariam.

Eodem anno Jaurinum fortissimum Christiani orbis propugnaculum Sinan Bassa Turcicus deditione capit.

1595. Strigonium in Vngaria obsidetur à Christianis, Duce fortissimo Carolo Mansfeldio: à quo cæsa & capta ibidem Turcarum 14000. sed paulo post Carolo præmaturâ morte extincto, deditio remoram passa: extorta tamen adventu in castra Casarea Matthiæ Archiducis.

Eodem anno casu Sinane Bassa Turcico, Lippam in Transylvania occupat Sigismundus Bathorius.

1596. Comes Franciscus Nadaſdi, & Nicolaus Palfi Tatam Vngariæ arcem expugnant,

Eodem anno Clissa in Dalmatia per Segnienses & Vſchochos ex improvise Turcis erepta fuit: sed mox iterum per hos recuperata.

Eodem anno 1596, Vacua in Vngaria

per Maximilianum, Rudolphi 2. Cæsaris fratrem, occupata fuit: & Hathvany arx ibidem per eundem expugnata.

Item eodem anno 1596. Agria à Mahomete Turc. Imp. occupatur.

Anno eodem 1596. Contigit memorabile & cruentum prælium Keresstinum haud procul Agria in Vngaria, Christianos inter & Turcas; in exercitu Christiano numerabantur juxta aliquos 60000. juxta aliquos 50000. tantum: imò plerique non ultra 39000. numerata asserunt, Ducibus Maximiliano Archiduce, Sigismundo Bathorio Transylvaniæ Principe, & Christophoro Tieffenbachio: turcarum Pugnârunt ad 150000. Duce ipso Imp. Turc. Mahomete, Christiani primò victores, prædis deinde nimîâ aviditate intenti fugantur vincunturq; desiderata Christianorum ad 6000. Turcarum ad 12000.

1598. Jaurinum felici stratagemate per Christianos recuperatum fuit, virtute imprimis fortissimi Ducis Adolphi Baronis Schvartzenburgii, patriâ Colonienſis ditionis, ac Comitibus Nicolai Palfi. Fuit & eodem anno tentata Buda à Christianis: sed irrito conatu, ob ingruentes pluvias, & tempus hyemale: quod pari ratione Turcas Varadino, quod obsederant, repulit.]

1600. Canisam fortissimum in finibus Vngariæ & Styriæ propugnaculum Ibraimus primus Vezirius Mahometis Turcarum Imp. deditione capit.

1603. In Vngariâ Turcæ magnâ clade à Christianis profligantur: & Hatvanum ad Christianos redit, locus ad multa opportunissimus.

Eodem anno Moses Siculus, seclâ Arianus Turcicus copiis Transylvaniam invadit; sed à Bassa, Rudolphi Cæsaris nomine Provinciam administrante, iterum

iterumq; profligatur, ac tandem ad Brassoviam sive Coronam Urbem occumbit.

1604. Pestum in Vngaria, uti & Hathvanum Turcæ occupant: iisdem à Strigonij obsidione rejiciuntur.

Anno eodem 1604. Stephanus Boczkai magnam Transylvaniae partem occupat.

1606. Inter Rudolphum Cæsarem, & Achmetem Turc. Imp. collaborante etiam in id Stephanò Boczkaiò, induciæ in viginti annos stabilitæ sunt: ipse vero Boczkaius eodem anno vitâ functus est: eiq; in Principatu Transylvaniae successit electus Sigismundus Rakoczi.

1608. Matthias Archidux Austriae Maximiliani 2. filius, ac Rudolphi 2. Cæsar. frater. Rex Vng. XLI. coronatur.

Eodem anno 1608. Sigismundus Rakoczius, tranquillæ vitæ amans, cedit Transylvania, eamq; sibi Gabriel Bathorius vendicat, & Turcicum patrocinium admittit.

1611. Matthias Archidux Austriae Rex Vng. in Regem Bohemiarum coronatur.

1612. Rudolphus 2. Rom. Imp. pie è vita decedit, imperii anno 35.

Eodem anno 1612. Mathias Archidux Austr. Vng. & Bohemiarum Rex. Imp. Rom. in auguratur: imperavit an. 7.

Anno eodem 1612. Andreas Giezius missus à Gabriele Bathorio Transylvaniae Principe Constantinopolim, pro auxiliis implorandis, is propriam causam agens, munitissima quædam propugnacula Achmeti Turc: Imperatori spondit, pro sui in Principatum Transylvaniae inauguratione. Quare Achmetes Mahometi Bassa mandavit, ut Gabriele Bathorio ejecto Giezius Principem Transylvaniae Constitueret, quod animadvertens Gabriel Bathorius, in Matthiæ Cæsaris tutelam se insinuat, & ab eo auxilia petit.

1613. Gabriel Bathorius à Gabriele Bethlehem Turcarum ope profligatus, ex Improviso trucidatur: cum à fide Catholica. in qua enutritus fuerat, ad haresim Calvinianam descivisset.

1615. Achmetes Turc. Imp. armis à Persis, & Cosaccis, alijq; pressus, inducias cum Matthia Cæsare in annos 20. instaurat. Eodem anno Franciscus Forgach Comes perpetuus de Gyms S. R. E. Cardinalis, & Archiep. Strigon. reduxit Societatem Jesu Tyrnaviam, & eodem anno piè es hac vita discessit.

1616. Petrus Pazmany è Societate Jesu fit Archiepiscopus Strigoniensis.

Anno eodem 1616. Georgius Turzo Vngariae Palatinus moritur, eique in officio succedit Sigismundus Forgach.

Eodem Anno 1616 Bellum Venetos inter & Ferdinandum Archiducem Austriae, Ducem Stryæ &c. exoritur, occasione Vscchorum, qui Ferdinando subditi erant, grassantes inditiones Venetas.

Eodem anno 1616. Dissidium ortum Gabrielem Bethlehem inter, & Homonaium Comitem, ex eo, quod Bethlehemus Turcis, Varadinum tradere cogitaret: qui Lippam aliaq; Vngariae & Transylvaniae loca iis consignavit.

Anno 1617. Ferdinandus Archidux Austriae Caroli Archiducis Austriae filius ac Ferdinandi 1. Cæsaris nepos, à Patruo Matthia Cæsare, cum hic improlis esset, in filium & hæredem Statuum adoptatus, in Regem Bohemiarum coronatur.

1618. Ferdinandus 2. Rex Vngariae 42. inauguratur.

1618. Exortæ sunt turbæ bohemicæ causa religionis: unde secutum bellum cruentum quod annis 30. duravit, maximam Europæ

Europæ partem involvens, cum infinita hominum cæde, Urbium, ac Provinciarum excidio. His funestissimis inferiis præluxit terribilis aspectu Cometa per triginta dies, hoc ipso anno exortus.

1619. Matthias Rom. Imp. & Rex Vng. ac Bohem. moritur ætatis 62. Imperii 6. Regni Vng. 12. Bohem. 9.

Anno eodem 1619. Ferdinandus 2. Archidux Austriae Rex Ung. & Bohem. in Imperatorem Rom. coronatur.

Eodem anno 1619. Gabriel Bethlehem contra pacta olim cum Rudolpho 2. & Matthia Imperatoribus, & Regibus Vng. transacta, Vngariam, contra Ferdinandum 2. Cæsarem & Regem Vng. invadit, & varia loca occupat.

1620. Contigit memorabile prælium ad Pragam in monte albo, per quod ad Ferdinandum Cæsarem victorem rediit Bohemia quæ seditione ab eo recesserat: eadem victoria Austria composita, Moravia reducitur, repressa Silesia, Vngaria recuperata, Germania stabilita, & Religio Catholica multis locis in pristinam libertatem asserta.

1621. Comes Bucquouis Cæsarei exercitus Dux Vivvarini, sive ad Neuheüsel in Vngaria occumbit.

Item moritur Sigismundus Forgach Palatinus Vngariae, eique subrogatur Stanislaus Thurzo.

Anno eodem 1621. Ferdinandum 2. Cæsarem inter, & Gabrielem Bethlehem, Transylvaniae Principem pax sancita.

1624. Pax tenuè Ferdinandum 2. Cæsarem inter, & Gabrielem Bethlehem stabilita Viennæ: sed hanc iterum paulo post rescindit Bethlehemus.

1625. Stanislaus Thurzo Palatinus Vngariae moritur: in eius locum succedit Comes Nicolaus Eszterhazi.

Eodem anno 1625. Ferdinandus 3. Ferdinandi 2. Cæsaris filius. Rex Vngar. XLIII & anno sequente 1627. Rex Bohemiarum coronatur.

1628. Gabriel Bethlehem iterum cum Ferdinando Cæsare pacificatur.

1629. Mortuus est ex hydrope Gabriel Bethlehem Transylvaniae Princeps: cui in Principatu successit Georgius Rakoczius.

Anno eodem 1629. Petrus Pazmany Archiep. Strigon. fit S. R. E. Cardinalis tit. S. Hieronymi.

1630. Gustavus Adolphus Sueciæ Rex Germaniam invadit, contra Ferdinandum 2. Cæsarem.

1632. Gustavus Adolphus Sueciæ Rex, in prælio ad Lizonam occumbit, uti & Pappenheimius hæreditarius Imperii Marschallus, hic multis bellis pro Cæsare fortissimè juxta ac fidelissimè gestis clarus.

1624. Ferdinandus 3. Rex Vng. & bohemiæ, Ratisbonam expugnat: ac deinde exercitum Suecicum ad internecionem cædit prope Nordlingam.

1635. Academia Tyrnaviensis in Vngaria fundatur ab eminentissimo Cardinale Petro Pazmanno, Archiepisc. Strigoniensi.

Anno eodem 1635. bellum cruentum & diuturnum Reges inter Hispaniæ Philippum 4. & Galliæ Ludovicum 13. exarsit: cujus Gallia initium fecit, causâ præcipuâ declaratâ, quod Philippus Christophorus S. R. l. Princeps Elector, Archiep. Trevirens. ex improviso Trevis expugnatis, ab Hispanis captus fuisset: cum is paulo ante se tutelæ Gallicæ commisisset: quod Hispani existimabant præjudicare tum Imperio, tum regis Hisp. cui, tanquam Duci Luxemburgensi, ex antiquis pactis competabat jus protectionis in Archiepiscopatum Trevirensi.

1636. Ferdinandus 3. Vng. & Bohemia Rex, in regem Rom. eligitur.

1637. Ferdinandus 11. Rom. Imp. piè ex hac vita decessit, ætatis anno 61. Imperii 19. Vng. 20. Bohem. 21.

Eodem anno 1637. Petrus Pazmannus S.R.E. Card. & Archiep. Strigon. piè obiit. fundavit Academicam Tyrnaviensem, & Collegium Soc. JESV Pofonij: multaq; alia Monasteria, ac magnum post se apud omnes bonos sui desiderium reliquit.

1639. In Anglia bellum inter Carolum Regem, & Parlamentarios gliscere cœpit, quod deinde in extremam Regis perniciem versus, & maximam Anglici regni mutationem.

Eodem anno ingens siccitas, grandem intulit Vngariæ annonæ caritatem.

1640. Nascitur Serenissimus Leopoldus Ignatius Josephus, Ferdinandi 3. Cæsaris filius, ac deinde Vng. ac Bohem. Rex & Rom. Imperator.

Eodem anno 1640. Lusitani à Philippo 4. Hispaniarum Rege deficiunt, adscito alio Rege Joanne Duce Brigantino.

1641. Turca Comitatum Nitriensem depopulatur.

1642. Georgius Lippai Archiepisc. Strigoniensis eligitur.

Eodem anno Georgius Rakoczi, Georgii Rakoczi Principis transylvaniæ filius, parente adhuc superstite Principatus titulo insignitur, futurus in eo parentis successor.

1644. Georgius Rakoczi bellum movet adversus Ferdinandum 3. Cæsarem.

1645. Comes Nicolaus Eszterhazi Regni Vng. Palat. moritur ætat. anno 63.

Eodem anno 1645. Ibrahimus Turc. Imp. Candiam Venetorum insulam, invadit: hinc cruentum & diuturnum bellum exor-

1646. Balthasar, Carolus. Dominicus, Philippus, Victor, Lucas, Philippi 1 V. Regis Hisp. filius unicus, & hæres, ætatis anno 18. e vita decessit.

Eodem anno 1646. Pax inter Ferdinandum 3. Cæsarem, & Georgium Rakoczi Transylvaniæ Principem sancita.

Eodem anno 1646. Comes Joannes Draskovich in Palatinum Regni Vngariæ eligitur.

1647. Ferdinandus 4. Archidux Austria, Cæsaris Ferdinandi 3. filius, Rex Vng. 44. coronatur.

1648. Comes Joannes Draskovich Regni Vngariæ Palatinus e vita decedit.

Anno eodem 1648. Post 30. annorum cruentissimum bellum pax in Germania sancitur.

Eodem anno 1648. Kofacci Duce Bogislao Chmielnicio à Polonis dissentiunt, & acre inter utrosq; belum exardescit.

Eodem anno Wladislaus 1v. Poloniae Rex moritur.

Eodem anno Pax inter Philippum 1v. Hisp. Regem, & Belgij Status Confederatos sancitur, post difficillimum 82. annorum bellum.

1649. Comes Paulus Palfi in Palatinum Regni Vngariæ eligitur.

Eodem anno Joannes Casimirus Rex Poloniae coronatur.

Eodem anno Carolo Angliæ, Scotiæ & Hybernici Regi publico in theatro caput præciditur.

1650. Maria Anna filia Ferdinandi 3. Cæsaris, nubit Philippo 1v. Hispan. Regi.

1651. Comaromium parvum, Kis Komarum vulgo dictum, à Turca irrito conatu impetitur,

1652. Mense Augusto. Turcæ magnâ Christianorum clade in Comitatum Nitriensem irrumpentes ab Illustrissimo Domino Comite Adamo Forgach. Ujvariensis præfidi & Confiniarum antemontanorum Generali, strenuè ac fortiter repulsi sunt: ubi inter alios fortissimos milites, qui suum in acie gladij sanguinem ferocissimo hosti propinarunt, Illustrissimus Comes Ladislaus Eszterhazi, Excellentissimi D. Comitis Nicolai Eszterhazi, quondam Regni Vngariæ Palatini filius, tresq; ejusdem Consanguinei Liberi Barones de Galanta, Thomas, Franciscus & Gaspar, pro DEO & patria fortissime dimicantes, in Campo Verebeliensi occubuerunt.

Eodem anno Cometa apparuit. 1653. Ferdinandus 1v. Archidux Austria, Vngariæ & Bohemiæ Rex in Regem Romanorum eligitur.

1654. Ferdinandus 1v. priore anno electus Romanorum, nec non Vng. & Bohemiæ Rex, præmaturâ morte extinguitur; quam prælagire visus fuerat Cometa. tempore Comitiorum quibus electus fuit in Rom. Regem, media sui parte subobscurus apparet.

Eodem anno moritur Comes Paulus Palfi, Regni Vng. Palatinus.

Eodem anno Moscovitæ bello lacessunt Poloniam.

1655. Alexander VII. Divi Petri Apostoli in Romana Cathedra Successor, & Christi Domini in terra Vicarius statuitur, dictus antea Fabius Chisius.

Eodem anno Christina coronata Regina Sveciæ, Gustavi Adolphi Sveciæ Regis filia unica & hæres, ejurata hæresi Lutherana, in qua enutrita fuerat, orthodoxam fidem Romano. Catholicam amplectitur, eamq; publicè profitetur.

Eodem anno Carolus Gustavus Sveciæ Rex (cui regno cesserat Christina Regina) Poloniae bellum infert.

Eodem anno 1655. Comes Franciscus Veselényi in Regni Vngariæ Palatinum eligitur: & Comes Franciscus Nadasdi, Judex Curiae decernitur.

Eodem anno LEOPOLDVS IGNATIVS Archidux Austriae Ferdinandi 3. Cæsaris filius Rex Vngariæ XLV. coronatur.

Eodem anno Pestis in Vngaria grassata fuit.

Anno 1656. Patres Societatis IESV ad instantiam Alexandri VII. Summi Pontificis in Statum Venetum honorificè reducuntur.

Anno 1657. FERDINANDVS 111. Romanorum Imperator, Vngariæ & Bohemiæ Rex vitam caducam cum æterna commutavit: ætatis anno 49. Imperii Rom. 21. Regni Vng. 31. Bohem. 30.

Anno 1658. 18. Julii LEOPOLDVS Rex Vngariæ & Bohemiæ, Archidux Austriae &c. in Imperatorem Romanorum Francofurti ad Mœnum unanimi S. R. I. Principum Electorum consensu eligitur.

Eodem anno Tartari & Turcæ Transylvaniam depopulati sunt.

Anno 1659. post 24. fere annorum bellum, inter Philippum 1v. Hispaniarum, & Ludovicum XIV. Galliarum Reges, pax à toto Christiano orbe diu multumq; desiderata, coalescere cœpit.

1660. Georgius 2. Rakoczi Princeps Transylvaniæ 22. Maij cum Turcis conflixit, in quo conflictu lethaliter vulneratus 7. Junij moritur. Item Ali Balsa 13. Julij Varnadium obsidione cingit, & 27. Augusti per deditionem illud capit,

1661. Arx S. Iob à Turcis occupatur.

Item Joannes Keminius, in Principem Transylvaniae eligitur, atque Achatus Barczai Turcarum ope in Principatum intrusus, ab ipsis Transylvanis, interficitur. Item Serenissima principissa Sophia Bathoricum Celsissimo Principe Filio Francisco Rakoczy, haeresi Calviniana abjurata, fidem Catholicam, amplectitur. Item Exercitus Caesareus Duce Excellentissimo Generali Comite Montecuculi Transylvaniam intrat, in subsidium Joannis Kemenyi Principis Transylvaniae, qui tamen eodem anno per suorum prodicionem occiditur. Item Excellentissimus Comes Generalis Suches cum Spectab. ac Magnif. D. Joanne Esterhazi Vice-Generali Jaurinensi, complura Castralla Turcarum dirripit, & aliqua illorum funditus evertit.

1662. Extraordinaria frigora circa Festum Ascensionis Domini, per totam Vngariam, Bohemiam, & Germaniam ingentia damna praesertim Vineis, inferunt. Item Posonij Comititia Regni celebrantur, praesertim pro conservatione patriae. Ex quibus Aetholici Ablegati omnes, facta inter se conspiratione, discedunt, Atque ex hoc tempore rebellionem eudere incipiunt.

1663. Uivarinum aliaque aliquot fortalitia à Vezirio Magno in Vngaria occupantur. Vastatur etiam à tartaris Moravia.

1664. Turca ab Excellentissimo Comite Generali de Suches, Solemni Victoria iteratis vicibus profligantur. Item Leva & Nitria per eundem è turcarum manibus à Christianis recuperantur. Item Magnanimus Heros Stephanus Kohari, acerrime contra Turcam pugnans, gloriose pro patria occumbit. Item Insignis Victoria à Turcis ad S. Gotthardum ab Excellentissimo Generali Caesarei Exercitus, Comite

Montecuculi reportatur.

1665. Pax inter Imperatores Romanorum & turcarum solemniter Legatione ad annos 20. stabilitur. Item Leopoldopolis ad Vagum fundatur. item Nicolaus Zrinius Banus Croatiae ab apro in Venatione necatur.

1666. Celsissimus ac Reverendissimus Princeps Georgius Lippai archi-Episcopus Strigoniensis, optime in vita de Ecclesia & Patria meritis, pie ex hac vita discedit. omnibus suis rebus, in pauperes & pias causas sanctè dispositis. Succedit eidem Celsissimus Princeps Archi-Episcopus Colofensis Georgius Selepczeni. Item Nuptiae Augustissimi Imperatoris Leopoldi cum Margarita Infante Hispaniarum celebrantur.

1667. 27. Martij Comes Franciscus wesseleni Regni Vngariae Palatinus moritur.

1668. Conspiraciones contra Caesarem clam promoventur.

1669. Candia à turcis occupatur.

1670. Occultae Conspiraciones in Caesarem erumpunt in apertum. Motus superioris Vngariae armis Caesareis impositis in fortiora loca praesidiis, sedantur per Excellentissimum Comitem Generalem à Spork.

1671. Commissio Potoniensis instituta, ad examinandos seditionis complices. Multi Nobilium arestantur. Eodem die & hora Franciscus Nadaldius Viennae, Petrus Zrinius, & Franciscus Frangepanus Neostadij, Franciscus Bonis Posonij capitis supplicium subeunt 30. Aprilis.

1672. Varia Haereticorum Tempora, usibus Catholicorum, restituntur. Novi Tumultus in Vngaria superiore, ab Aetholicis moti, reprimuntur armis Caesareis, per Excellentissimum Comitem Generalem Kopp, & Excellentissimum Comitem Paulum Esterhazi.

1673. Augustissima Imperatrix Margarita moritur.

Item Nuptiae novae, Augustissimi Imperatoris Leopoldi, cum Serenissima Archiducissa Tyrolensia Claudia Felicitate, Graecia celebrantur.

mo Generali Caesarei Exercitus, Comite

16	nivosa	3.	10	15.	50.
17	tempo.	8.	10	15.	50
18	ra sequu	8.	10.	15.	50
19	tur.ulti.	8.	8.	15.	52
20	mus	8.	8	15.	52.
21	quadrās	8.	8	15.	52
22	initio	8.	8	15.	52

23	turbid	9	8.	8.	15.	52
24	postea	8.	8	15.	52	
25	ventos	8.	8	15.	52	
26	in fine	8.	10.	15.	50	
27	nivosus	8.	10.	15.	50	
28	Augēt	8.	10.	10.	5	
29	frigus.	8.	12.	15.	4	

30	fnis cū	3.	12	15.	48
3	nivibus	3.	12	15.	48

December

6. Nativitatis antivesperus & novum die Sacra, absque nubibus copiam frumenti, vini, frugum & piscium praesentant, venti & pluviae pestem.

7. Coloni diem Nativitatis Januari sequenti, diem S. Stephani Februari. & sic reliquas dies reliquis mensibus adzquant.

8. Cum luna crescit, redit Natalis JESU. Tunc Annus sequitur fertilis atque bonus. Ultima lux tibi sit bene commendata Decembris.

Aur. Com. Ant. Imp. de Marcomannis, Quadis necis, & Sarmatis triumphat A.C. 929.

Rhodij Equites sese Soly. dedunt pacis corporis incolamitatem 1523.

Octavius Augustus eodem Anno & die quo Christus Dominus natus edito, vetuit se Dominum appellari, Gallatus Sfortia Medio Lani Dux in Templo occiditur 1477.

Henricus IV. Rex Franciae a furioso juvene Jaco. Cast. execranda facinore laetiter vul. 1594.

Ste. Bocz. Transilv. Princeps Cast. mor. 1604.

Iuris o. era eduntur Justiniani Imo infu 435.

Pandera & Digosta à Justiniano eduntur 557.

Tobias Gotth. Rex Romam prodicione ca. 1636.

Ferdinandus III. in Regem Vngariae Coronatur Posonij 1623.

Gustavus Adolphus Rex Sveciae natus 1594.

hora 7. mane.

Ninive Vrbs ab Heraclio Imper. occupata 670.

Leopoldus Dux Austriae Richardum Angli. Regem Viennae ignoto habitu Capit 1194.

Ferdinandus III. Imper. Ratis bonae eligitur 1636.

Cum Praeunte die cumque sequente die. Quandoque multos possint durare per annos.

Edificaturus cadere ligna volens.

Ferdinandus III. Imperator Ratis bonae Coronatur. 1636.

Gallos trajecto Rheno invadunt Alani & Wandali. 1460.

- Guntramus Primus Fortis. VIII.
- Luitfridus Laudatissimus. IX.
- Hunfridus Honoratus. X.
- Guntramus Secundus Modestus. XI.
- Berzo Fortis. XII.
- Ropato Constans. XIII.
- Bernherus Liberalis. XIV.
- Otho Prudens. XV.
- Albertus Primus Dives. XVI.
- Albertus Secundus Taciturnus. XVII.
- Albertus Tertius Sapiens. XVIII.
- Rudolphus Magnus Primus Comitum Hauspurgensium Imperator. I

AVSTRIACI CÆSARES.

*Adnotat a chronographia annorum, quibus imperarunt, & adscriptis nominibus Imperatorum, qui intermixti regnarunt.*

rudolphus. I. Magnus. ab anno 1273. ad 1291. Adolphus  
ad annum. 1300.

Albertus. I. Triumphator. ad annum. 1310. Henricus. VII.  
ad annum. 1313.

Fridericus. III. Pulcher. ad annum. 1330. simul cum  
Ludovico.

Ludovicus V. ad annum. 1347.

Carolus. IV. ad annum. 1378.

Wenceslaus. ad annum. 1400.

Robertus. ad annum. 1408.

Sigismundus. ad annum. 1435

Albertus II Honorificus. ad annum. 1439.

Fridericus. IV. Pacificus. ad annum. 1493.

Maximilianus. I. ad annum. 1519.

Carolus. V. Maximus. ad annum. 1556.

Ferdinandus. I. ad annum. 1564.

Maximilianus. II. ad annum. 1576.

rudolphus. II. ad annum. 1612.


Matthias ad annum. 1619.

Ferdinandus. II. ad annum. 1637.

Ferdinandus. III. ad annum. 1657.

Leopoldus I. Imperans, atq; IV. sæculum ab Electo in  
Imperatorem Rudolpho I. Cum Augustissima Imperatrice Clau-  
dia Claudens, & cum eadem foeliciter foeliciter sæculum quin-  
tum Augustissimæ Domûs Austriæ hoc ipso anno inchoans  
Vivat! Triumphet!





AVSTRIACI CÆSARES.

*Adnotata chronographia annorum, quibus imperarunt, & adscriptis nominibus Imperatorum, qui intermixti regnarunt.*

rudolphus. I. Magnus. ab anno 1273. ad 1291. Adolphus  
ad annum. 1300.

Albertus. I. Triumphator. ad annum. 1310. Henricus. VII.  
ad annum. 1313.

Fridericus. III. Pulcher. ad annum. 1330. simul cum  
Ludovico.

Ludovicus V. ad annum. 1347.

Carolus. IV. ad annum. 1378.

Wenceslaus. ad annum. 1400.

Robertus. ad annum. 1408.

Sigismundus. ad annum. 1435.

Albertus II Honorificus. ad annum. 1439.

Fridericus. IV. Pacificus. ad annum. 1493.

Maximilianus. I. ad annum. 1519.

Carolus. V. Maximus. ad annum. 1556.

Ferdinandus. I. ad annum. 1564.

Maximilianus. II. ad annum. 1576.

rudolphus. II. ad annum. 1612.

Matthias ad annum. 1619.

Ferdinandus. II. ad annum. 1637.

Ferdinandus. III. ad annum. 1657.

Leopoldus I. Imperans, atq; IV. sæculum ab Electo in  
Imperatorem Rudolpho I. Cum Augustissima Imperatrice Clau-  
dia Claudens, & cum eadem foelicitate foeliciter sæculum quin-  
tum Augustissimæ Domûs Austriæ hoc iplo anno inchoans  
Vivat! Triumphet!



